



Hi humanitas peccant, illi diabolice; cum plerumque nec validis tentationum incurfus quantantur, nec pravis illicitorum exemplis, metuendum est, nec quodam in sensu æque ac demones occurrant, nam contra Deum Spiritum indurati, cogunt illum, ut contra illos durum se præbeat, cumque illum in cordibus suis affecerint contumelia, ipse vicissim pari pari rependat: Sicut vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem iniuriam suis; insulsi vicem reddet. Dum Spiritus Dei est in hominis corde, non loquitur ad illum, nisi de pace, suavitate, amore; sed ex quo homo illum extinxit, atque cupiditatibus suis parere iussit, non nisi mortis, & ultionis verba loquitur. Ibidem.

Qui ex nequitia peccant omnino corrupti sunt, & si non vulgaris Dei abist gratia, nullo earum rerum sensu afficiuntur, quæ illos convertere possent. Quid enim dura hæc molliat corda, quid hæc lapidea, & adamantina corda confringat? Num bonorum exempla? Sed illos sibi vertunt in ludibrium, & ab eorum abhorrent consortio. Num correctiones? Sed illos exasperant, inflammantque. Mortis inopinati casus? Sed se immortales quodammodo putant; vel sibi persuadent Deum sibi clementiorem futurum. Conciones quas audiunt? Ad illas non nisi ob humanas causas accedunt, & quin is immortem locis, quæ corda sua possent permovere, in sermonibus, quos audiunt, id tantum querunt, quod mulceat aures eorum. Num Temporum Sanctitas? Ibi fanda, infandaque omnia committunt. Sacramentum penitentia? Hoc abutuntur, & ad illud accedunt, quin peccandi affectum abiciunt, qua tantum sacrilegia multiplicent. Sacrorum Mysteriorum participatio? Ad aras ipsas luxum afferunt, quasi humiliatio, & exinanitio Deo improprie; & hoc pacto quidquid illos curare, & salvos facere posset, illis mortem infert, & damnationem. Ex Moralibus Sermonibus in Domini Nostræ Mystra.

Narrant Evangelistæ. JESUM CHRISTUM flevisse super Civitatem Jerusalem; & cum magnificam Templi dedicationem intueretur, Apollolis dixisse, ex immani illa substructione, ne lapidem quidem super lapidem permanurum. Verum non ille quidem super marmora, lapidesque sensu earentes lacrymas fudit, S. Hieronymus ait, sed super miseræ urbis illius Givæ, marmoribus, saxisque duriores, quæ mortente Domino scissa sunt. Hos fane ostis obdurationis eorum spectabat Salvator, cum hæc protulit verba singulibus interpolata, quorum perturbatio belle expressit varias imagines, quibus ille turbatur: Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, ut te convertant, si cognovisses! Et nunc sane oculi tibi aperiendi essent; sed hæc omnia te lateant. Tempus erit, cum inimici tui circumdabunt te vallo, & circumundique obfusione te prement; filioque tuos viventes adhuc sub tuis ruderibus tumulabunt; quia non cognovisti tempus visitationis tuæ. Ubicumque prædicentur mala, quæ populus hic durus, & cæcus sibi expectare debebat. Abbas du Jarry.

Miserum sane est spectaculum, & non nisi mendacibus lacrymarum imbre oculis spectandum, infinitam mortalium omnium ætatis, status, conditionis multitudinem per adolescentiæ peccata ad mirram trahi cæcitatem, atque cordis duritiem, post satis diuturnam annorum seriem in assiduis flagitiis traductam. Florum numerus incredibilis est: nullo afficiuntur sensu earum rerum omnium, quæ ad illorum salutem pertinent. Cæci cum de bono illorum agitur; obdurati in malo, contemptores admonitionum saluberrimarum, gloriantes in iniquitatibus suis; in jocum traducentes quæcumque ab aliis bene fieri intuentur, & nil aliud cogitantes, quam obtemperare cupiditatibus suis, & sequi motus omnes pravæ affectionum suarum; cæcæ ruentes in interitum, quin aliquid illos deterere possit. Affectus ipsorum sunt tamquam totidem vincula, quibus in captivitate sua detinentur; & harum catenarum incessanter agitatarum fragor illis talem parit intrinsecus furiositatem, quæ prohibet, ne audiant, quidquid illis de salutis suæ negotiis potest admodum. Auctor recens.

Luminum coelestium privatio testatur animam esse mortuam; non secus ac lumen corporis mortuum, a vivente fecerit. Hinc cum Scriptura Sancta verba facit de tenebris Egypti, quæ non aliud erant, quam figura tenebrarum animæ; hi

illud

Cæci, & indurati peccatores Dei motibus non afficiuntur.

Infinita est multitudo eorum, qui cæci sunt spiritu.

Animæ cæcitatis mors est verior, quam mors corporis.

scæ utitur verbis; Vinculis tenebrarum, & longæ noctis præpediti, tremebundi peribant. Quid? Tenebræ, quæ nobis lumen eripiunt corporale, mors censentur; & hæc animæ cæcitas potiori jure mors non reputabitur? Pro mortuo ille habetur, qui Solis lumen non videt, quæ æquus ille, cui gratia lumen minime affulget? Oculi, lucis usu, vitam distinguunt a morte; & oculi animæ non eundem habebunt effectum? Idcirco S. Propheta a Deo enixe hoc petit? Ne unquam obdormiam in morte. Verum cur Sanctus Propheta tanta cura hoc petit a Deo? Ne unquam obdormiam in morte; quia ita cæcum esse, est esse mortuum. Visio, & vita gratia unum, idemque sunt, & invicem sibi respondent, & congruunt. Auctor recens.

S. Augustinus animadvertit, nos cæcos nasci, quia nascimur peccatores: Nascimur omnes cæci, quia nascimur omnes peccatores. Omnes lumus cæci nati, & infirmitas visionis nostræ, generale vulnus est, quod originale peccatum in omnium mentibus peperit, extinguens coelestia lumina in ipsorum origine, & vitæ nostræ auroram tenebris mortis involvens. Peccatum, quod per nativitatis nostræ labem contrahimus, implicat nos tenebris obfuscatis, quæ nobis admittit aspectum summi boni, & erroribus, atque illusionibus replet. Cæcitas hæc eo lacrymabilior est, quod eo magis crescit, quo magis adolescimus; cumque in origine sua sit necessaria, in progressu fit libera, & voluntaria; ita ut nequitia nostra nobis singulis vitio verat penam, quæ hereditario jure nos afficit, & rivos omnes corrupti postquam originale venenum afflavit. Hoc enim peccati proprium est, quocumque ingreditur inferre tenebras; seu quod inde extrudit gratiam, quæ sol est animæ, seu quod excæcat intellectum, ac impare facit, qui recipiat lumina Spiritus Sancti, qui a peccatore recedit, eumque relinquit quamplurimis malis obnoxium. V. S. Augustine tenebris meis, in quibus jacui, quæ cæcitati illi, finis in in qua videre non poteram lumen Cæli! Væ præteritis ignorantia mea, quando non cognoscebam te Domine. O pulchritudo æque antiqua ac æternitas! O pulchritudo Solis claritate nidiior; opusne fuit, ut te adeo fero cognoverim, adeo fero te amaverim, adeo fero tibi servierim! Heu cur nequeo de numero fieri meorum expungere diuturnam hæc tenebricosorum annorum seriem, in qua hæctenus vixi. ejulque memoriam lacrymis meis obliterare? P. Novet in Meditationibus.

Ex æramis omnibus, quæ homini usufruere possunt, nulla deterior est, peioraque secum mala trahit, quam jactura visionis. Qui cæcum dicit, miserum dicit, qui amisso usu præcipui sensus, in periculo veritatis, toties labendi, quoties pendens profert; pro quo omnia visibilia objecta sunt tamquam non essent; cui Sol non magis prodest, quam si esset extinctus. Infelicitas hæc adeo deplorabilis per semet, longe est deplorabilior aliis accidentibus malis: cum cæcus pernicioso errore a bona recedit via, & in diverticula se conjicit, cum illum gravat paupertas, sicuti in cæco Jerichuntino cernimus; hæc imago est hominis infelicitissimi. Numquid inveniri potest status calamitosior. Ita procul dubio, potest inveniri, & crebro etiam invenitur; licet non aliis esset, quam terribilis cæcitas tot peccatorum, qui quotidie magis coalescunt, qui se suis mancipantes flagitiis in tanta vivunt earum rerum, quæ ad ipsorum salutem pertinent, cæcitate, ut pro nihilo habeant animam suam, qui omnem voluptatem suam in animali vita constituent, tenebras suas ita multiplicent, ut suæ tantum, ut ita dicam, vacent reprobatiori. Ex quo a recta ratione declinant, & ab æterna lege recedunt, licet magna in luce deambulent pleno meridie pertentant iter; neque enim adest amplius pro duce prima illa veritas, quæ cæcitatem punit eos, qui oculos claudunt, ne illam intuentur, quemadmodum lumine suo illos, qui sese ad illum convertunt, lætificat; & licet non procul abiant a via, tamen semper veri illi deerrasse dicuntur; ne enim quis erret, huic in via Dei est ambulandum: Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. Ex Moralibus sermonibus.

In hominis peccatoris cæcitate tres malæ infans qualitates; voluntaria est, adfectata, pertinax. Voluntaria; non peccat, nisi quia peccare vult; & libertas conditio est adeo essentialis crimini, ut crimen non esset, si liberum esse cessaret. Si hic sese in omne libidinum genus præcipitem agit; hi

illud

Sap. 17.

Thimius.

Psalm. 1.

V. S. Augustine

confessio-

bus.

Si in bræ

etiam

idcirco

videndi

facile est

quædam

est

debet ma-

lumina

animæ?

Tres veri

caractere

cæcitas

animæ.

Libera est,

voluntaria, pertinax.

ille negligit in justitiis, quas operatus est, perpetrare; hic non est luminum defectus, sed bonæ voluntatis illa respuentis; quoniam mavult in ignorantia sua permanere, quam de Religionis veritatibus, officium sui regulis erudiri, sibi persuadens, affertur hæc ignorantiam utilem sibi esse posse excusationem; quæ contra inferre deberet, coram Deo ipsum eo minus esse excusabilem, quo magis ultro avertit oculos suos, ne sua agnoscat munera, & amore proprio deceptus cum voluptate eo fertur, quo cordis sui prava licentia eum rapit. Sed si hæc cæcitas nocens est, quia libera est, atque voluntaria, eo nocentior est, quia est adfectata. Et profecto quod improba diverticula, atque perperam excogitata interpretationes, ad legem Dei illudendum? Quilibet sibi pro modulo suo salutis viam concinnat; tota virtus in ingenii sui varietate collocatur; & quasi rejicitur Confessarius, qui cum agere nequeat contra lumina sua, tantum non habet indulgentiam, ut aliquid se sua asserta severitate remittat. Vult quidem pluribus rebus autem mittere, dummodo non sibi; & qui magno sibi verteret crimini, proximi bona invadere; numquam fere coram Deo sibi religioni veritatis, proximi famam profcindere atrocibus calumniis, vel ea fatyrico aceto perfundere. Si hæc peccatoris cæcitas voluntaria est, & adfectata; primæ hæc duæ qualitates tertiam viam faciunt, quæ est utraque eo periculosior, quia ad cordis obdurationem, invitamque adducit pertinaciam, ut quæcumque misero illi deservum lumina affulgeant, repellat illa, & statim ac illa cognoscit, extinguit. Illis affici nequit, & ita confirmatur in malo, ut nulla superfit spes, illum numquam posse reverti ad Deum, neque serio de infelicissimo animæ suæ statu cogitare. Dictionarium Morale, & alius recens.

Propheta quidem a Deo petit cordis cæcitate contra nequissimum populum velut peccatis eorum formem sceleribus illius. Non miror, quod Propheta armare cupiens Dei justitiam contra populi sui ingratitude non petat, ut ille aliis bonam auferat valetudinem, ut aliis bona ipsorum eripiat; quæ omnia supplicia nequam congrua scelerum eorumdem enormitati. Sed tanto zelo correptus postulat, ut horum ingratorumque mentes cæcitate puniat, & rebellium horum cor induret: Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggravas, ratus hoc unum supplicium æquare posse criminum ipsorum magnitudinem. His omnibus verbis aliquis tandem finis erit, sicuti non desuit initium. Non semper paupertate quis gravabitur, non semper languet, vel in cubili suo paralyticus jacebit. Mors saltem omnibus hiæc malis finem injiciet; sed mensis cæcitas, & induratio cordis vivit semper, & sunt veluti præcox infernus in hoc etiam Mundo, nisi Dei misericordia illarum cursum interdicat; & nisi jugiter nobis meritis invigilantibus adeo terribiles penas prævertimus. Beatus ille, qui æquis semper gradibus in viis Domini incendens sese attollit supra improbos hoc vapores, qui Eclipsim inferre possunt omnibus luminibus rationis, & fidei, equæ omnem auferre cognitionem officiorum suorum, quæ maxime vult necessitatibus. Dictionarium Morale.

Animæ cæcitas cum mortis umbra comparanda. Animæ cæcitas a Psalmista appellatur mors animæ; non solum quod sicut umbra comitatur corpus; ita hæc tenebræ animæ umbra sunt mortis æternæ, quæ non longe potest abesse, vel quia hæc est veluti mortis imago, quæ hominem privatum sine ullo rerum coelestium sensu; sine affectione aliqua supernaturali, quæ vel minimum præbeat indicium, aliquid vitæ residuum in eo superesse: vel quemadmodum oculus juxta naturalium Scriptores, prima pars est, quæ moritur in corpore, & mox omnia deinceps membra; ita in animæ morte intellectus, qui illius oculus est, & lampas, omnium primus eclipsum patitur, & mox sequitur voluntas, ita ut nullus fit amplius facultas, quæ tendat in Deum; cum quidquid habet, & quidquid est in hac mortis umbra sit consensu: sed præcipua, quia sicuti mors est terminus quietis, & consentientia, ibi quiesque manet, qualis est; & ita cæcitas, quæ est umbra mortis, est status certus, ac permanens in peccato, ubi nulla speranda est mutatio, atque conversio. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Omnia peccator similis est homini, qui volens sese præcipitem in fluvium dare, oculos claudit antequam se illic conjiciat; quia malum operatur, fugit lumen, atque senectipsum sibi conatur abscondere: verum cum illi ignorantia sit adfecta-

ta, & voluntaria, illi est inanis excusatio propter hæc eandem causam, quia est voluntaria. Cur ergo Patri suo dicit Salvator: dimitte illis, nesciunt enim quid faciunt? Primum quidem responderi potest illum fuisse preces pro torribus suis, quos fidei conformem est, ignorasse illius dignitatem, atque innocentiam, & qui simpliciter executi fuerant mortis sententiam in eundem latam. Procul dubio de his dicere poterat; Dimitte illis, quod enim faciunt, nesciunt. Secundo autem, si orabat pro nobis, qui nondum creati eramus, vel pro aliis peccatoribus, qui a Jerosolymis femoti nullam habebant cognitionem eorum, quæ sibi accidebant. Dicere verum est, licet nos fuerimus causa Passionis, & Mortis ipsius, nos tamen ignorasse malum, quod illi inferebamur. Idem.

Non dubitamus asserere, Dei patientia cor hominis obdurari, ac impenitens fieri. S. Augustinus ait, illam aliis quidem utilem esse, quia eadem ad agendam penitentiam utuntur, alia vero esse inutilem, quia illis majorem præbet audaciam resistendi Deo, & in malo perseverandi. Sed quemcumque malum effectum in peccatoribus pariat, non est minus digna Deo; sed illi sibi vitio vertant, qui inde jacturam percipiunt; in hoc fideles nocuis illis arbutis, qui coelestem rorem in virus convertunt; sunt nequiores, ac stabiliiores in vitis suis, prout Deus abioribus illis gratis impenitit. Dei autem patientia præsertim in tribus circumstantiis vitæ peccatorum elucet. Primum cum illos Deus morte non punit, statim ac adversus illum rebellant; Secundo cum iniquitatum eorumdem jugem continuationem tolerant; Tertio denique, cum illos punit quidem, sed veluti pater, qui filium ad officium revocare studet, non perdere. Ratio hæc sapientissima est, & misericordissima plena erga homines; tamen illos ad cordis duritiem, atque impenitentiam adducit. Hominum filii, Ecclesiastes ait, male agunt, quin timeant; quia non festinat Deus in eos mortis proferre sententiam. Iterum ait, in furor prævaricationum habitu Dei patientia eos sustinet, quia vident solem, non sibi minus, quam justis suam nitorem amittere. Quis autem hæc peccatoris agendi formam inquit, non diceret, Dei patientia illum non solum non immutat, sed in corde illius omnem augere nequitiam, & facilius esse illum videtur, quam patientia lenitate illum ad penitentiam revocate? Ex Sermonibus Academiae anni 1693.

Quo sunt spiritualis cæcitas generata, alterum, quod peccatum est, alterum quod effectus est, & poena peccati. Primum illud est rebellio, actualis resistens salutaribus illustrationibus, & piis motibus gratiæ, cum peccator ultro claudit oculos viventi huic lumini, & cor suum indurat contra vehementissimas impressiones. Alterum est habitus frequentis resistentiæ contractus, & hic proprie status est cæcitas, ad quem peccator per noxiam pertinaciam suam se redegit. Eo quod sæpe ille gratiæ luminibus claudit oculos, permittit Deus, ut hi clausi remaneant. Quinam status, Domine, hoc terribilior, atque calamitosior? Spes omnis abijcitur de ægroto, qui lethargo ita obrutus est, ut omnium sensuum motu careat: Reliquus est spes salutis in peccatore, ea oppresso cæcitate, quæ omnem illi sensum auferit? Omnis peccator cæcus est; sed saltem cæcitas hæc peccatoribus omnibus communis, accidentalis est, & præterita. P. Croiset in Asceticis Exercitationibus Tomo secundum.

ALIUD SUPPLEMENTUM.

Peccator a Deo derelictus.

Titulo Cæcitatibus Spiritualibus addimus alterum Peccatoris a Deo derelicti. Primum omnium sciendum est, quid sit a Deo derelictus: hoc est Jeremias ait, a Deo repellit tamquam sui furoris obiectum: Projecit Dominus generationem furoris sui: Est oblivioni datum esse a Deo, tamquam obiectum contemptus, inquit Olee: Oblivione oblitiscor eorum; Est evomi a Deo tamquam sui horrore obiectum: dicit Moyses: Ne & vos similiter loqui. Quinam sunt effectus hujus derelictionis? sunt, inquit Isaias, habere oculos, aures, & cor clausos bono: Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggravas, & oculos ejus claudes; est, David ait,

Patientia Dei misericordiam videtur peccatoribus inducere, quam convertit.

Quo sunt spiritualis cæcitas generata, alterum, quod peccatum est, alterum quod effectus est, & poena peccati.

Quid sit generatio a Deo derelicti.



funt. Prophete, Evangelii præcones latera fatigant contra illorum scelera declamantes, furdis fabulam narabant. Confessarii illos circumire, & permoveere conentur; laterem lavabant, lapides per sine corde, vel potius homines sunt, quorum cor æque durum est; ac lapis. Ex Morali Dictionario.

Ejusdem argumenti continus. 310.

Quidquid tunc accidit, effecere debebat, ut Jeroboam sese colligeret. Profanum altare, quod ipse posuerat in Bethel dirutum intuebatur, quemadmodum Propheta portenderat; sentiebat manum, quam extenderat, repente exaruisse. Duo hæc portenta illum movere debebant; sed neque altaris fissura, neque suæ manûs aridas aliquem obtinuerunt effectum, ut converteretur. Videbat, in prodigiis cumulus, ex quo rogaverat Prophetam, ut dextera suæ pristinum votum restitueret, se curationem, quam petierat obtinuisse, quod miraculum adeo parum affectu illum, ut ei, a quo tantum affectus fuerat beneficio, satis existimaverit dicere: Veni mecum domum, ut prandeas, & dabo tibi munera. Ne injremini, fratres, homo a Deo relictus re nulla moveret unquam. Sordus minis, ingratus beneficiis semper est idem, & quod in hoc Rege damnamus quotidie uluvenit. Multi tragica vident exempla, in semet insperata experiantur miracula, & nihilo secus non revertuntur ad Deum: Nimis beati, ut videtur, si eos corrumpere possent, qui Dei nomine loquuntur, eosque manifestis delinunt, ut morum præcepta molcant, & minarum eorumdem ejudant effecta. Idem.

Quod Deus a peccatoribus recedat, & eorum aliquos tradat in reprobam illorum sententiam, ut ipsum quidem se suis mancipet cupiditatibus, mox vero malis omnibus, quæ oriri possunt ex funesto hoc Domini recessu, veritas est, de qua ne dubitare quidem nos voluit Deus; quoniam hoc passim in Scripturis minatur, & in omni sæculorum decursu sexcenta nobis præbuit exempla, quæ essent ad terrorem nobis iniciendum aprissima. Ut tanti hujus mali magnitudo innotescat, utque ille, quem meretur, timor animo concipiatur; supponendum est si lubet, primum a Deo rationem admodum aliam servari, cum peccatores ad penitentiam appellat, & cum semel receptos eos deserit. Cum vocat illos, ipse semper incipit, ac prior operatur; oportet enim ut nobis loquatur interiori voce gratiarum suarum ut prior nos quærat, quantumvis longe per seclus recesserimus; quoniam si ne illius ope, atque perquisitione, non licet nobis ne pedem quidem movere, ut ad hoc bonum summum accedamus. Sed non eadem ratione agit, cum recedit a peccatoribus, eosque deserit: nunquam incipit prior; neque utro, & motu proprio recedit, sed coactus ab illatis sibi contumeliis, & nonnisi cum summo dolore dicere tenetur illis: Ego vado, recedo a vobis, & id seu statim illorum decernat interitum, ut olim diluvii tempore, raptus dolore cordis intrinsecus; seu tantum prævideat mala, quæ hic discessus suos illis est allaturus, velut cum lacrymatum est super Jerusalem: Videns Jesus civitatem, flevit super illam. Ita nunquam ipse prior deserit, nisi ante fuerit desertus, post sexcentas peccantium infidelitates, & contumelias. Neminem deserit nisi prius deseratur; quæ sunt verba S. Augustini, ex quibus Tridentina Synodus articulum fidei composuit. Auctor recens.

Deus peccatorem deserit non quidem malum suadens, sed illum privans gratiæ actualibus.

Hæc autem adeo funesta destitutio, in qua Deus deserit peccatorem, nequaquam sita est, ut suppono, in jactura habitualis gratiæ, per quam in nobis manet Deus, & in hoc ipsi manemus, & per quam ille nos, nos vicissim possidemus illum; hoc enim est quoddam veluti vinculum, quo illi inhaeremus; licet enim in hoc sensu recedat ab homine, qui in peccato mortali situs est; non ideo dicendum est, hominem ab illo deseri; quoniam servat adhuc erga illum paternæ viscera penitentia; illum prævenit, inquit, respicit tamquam filium, qui ab officio discessit, sed qui quamprimum ad illum reversurus est, & qui fortasse aliquando ad summum sanctitatis apicem perveniet. Sed hæc desectio fit, cum subtrahit Deus habituales gratias suas, sanctaque emotiones, quibus peccatorem hunc in bonum impellebat; ita ut destitutio hæc non sit aliquid, quod inferat Deus in animum, & cor peccatoris, sed mera privatio communium gratiarum illius, divini auxilii substractio, quod aliis imperit, qui ad miserimum statum hunc redacti non sunt. Recens Auctor.

Alterum etiam supponendum est in hac destitutione, in qua Deus deserit peccatorem; videlicet licet Doctores aliqui teneant, in vita hæc non esse, qui ita derelinquantur, ut absolute omnia gratia careant, subsidio, quo impelluntur in bonum; ita ut nulla eis spes reditus superpetat. Hæc tamen doctrina ab omnibus respuitur, tamquam nulli satis valido innixa argumento; confundit enim statum vitæ hujus ubi adhuc fumus in via, cum statu alterius in quo jam terminum assecutus fumus, & concipere nequeunt, hominem donec in viatoris statu adhuc est, ut Scholasticis utar verbis, a Deo illi negari, quod ipsi ad salutem necessarium est, quantumvis improbus sit atque nequissimus. Hoc docet Angelicus per hæc verba: Deus vult omnes homines salvos fieri; ut nemini quantumvis scelerato gratiam suam subtrahat. Ita destitutio hæc quam peccatoribus minatur Deus non est totalis privatio gratiarum, & beneficiorum ejus, sed subtractio peculiaris auxilii, & providentia; ita ut quamvis semper sese converti possint, nunquam tamen convertantur: Ego vado; queretis me, & non invenietis: Joan. 14. Idem.

Peculiarium gratiarum subtractionem præsupposita, facile est videre malum illum extremum, ad quod funesta hæc destitutio redigit peccatorem; quæ causa est propter quam Osee Propheta de illa verba facit cum ea imprecatione, quæ terrorem potest immittere in animum illum, cui aliquis adhuc superest sensus de Deo; de quo justitiae ejusdem timore: Va eis, cum recessero ab eis. Verum cum Propheta hic rem clarior non aperiat, eamque conjecturis dumtaxat videatur relinquere, horum verborum sensum mutabitur ab alio Propheta, qui illum sensum exponit usque similitudine vineæ sterilis, quam Deus suis manibus plantavit, & summa coluit industria, quia tamen ex ea nolum retulit fructum. Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ & non feci? An quod expectavi, ut faceret vites, & fecit labruscas? Sed vineæ huic detertæ quid accidit mali? Ecce: Auferam sæpem ejus, & ascendent spinæ, & vepres, & nubibus mandabo, ne plantent super eam. Relinquam eam nulla sepe, vel fovea circumseptam, ita ut omnium prætereuntium direptioni pateat; & cedat in prædium eorum, qui eam depopulati volaverint; mox vepres, ac spinæ succrescent, quæ omnem illum succum exhauriant, & impartem faciet fructibus ferendis; demum clauduntur nubes, & nullo imbre, vel rore ultra irrigabitur. Hi sunt effectus, & signa hujus destitutionis. Auferam sæpem. Privat illum Deus peculiaris protectione, quæ sepe instat, & valli eam tuebatur, ac prohibebat, ne diriperetur; hinc patet hostibus, qui eam possunt igni ferroque vastare; deinde spinæ, & vepres ibi dominantur, suffocant, obruant; vitæ nempe, & animi cupiditates non sinit illam de salute sua cogitare, omnia illi coelestia lumina auferendo: & ascendunt vepres, & spinæ, tandem vero nullus decedit amplius imber, vel ros; videlicet gratiæ infrequentes erunt, & inutiles. Toridem funestis, ac sensibiles effectus illius destitutionis, in qua Deus infidelem relinquit servum, qui prior ipsum deseruit. Terribilis hypodopsis miserissimi status, ad quem peccator, terribili quidem, sed æquissimo Divinæ iracundiæ supplicio redigitur. Auctor Recens.

Primum illud, quod facit Deus erga pertinacem peccatorem est ab illo suum antere præsidium, & peculiaris providentiæ suæ curas, ac exteriora subsidia, quæ antea illi præbebat; hæc, secundum Prophetæ locutionem, est sepe illa, quæ vineam tuetur, ac vetat, ne pateat diripientibus. Et profecto donec respicit Deus animum tamquam bonum suum, & a quo aliquid ad majorem nominis sui gloriam præstaturus; cura, quam illius gerit, satis nequit explicari. Circumdet illum, non sepe tantum, ut vineam, sed valido muro ad arcendos hostes, ne horum incurfus obteratur: Ponetur in ea murus, & antemurale. Circum vallat illum montibus, quorum accessus difficiles sunt, & quasi & loci natura, & omnia, quæ eidem accedunt munimenta nequaquam viderentur sufficere ad eandem tuendam; semetipsum constituit vallum ipsum, ut sit extra muros omnium periculorum: Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi sui. Ita Deus in Scripturis exprimit suas curas, & auxilia, quæ fidelis anima ab illo potest expectare; ita ut nonnisi per summam igna-

Nullus peccator est adeo in præsentia deo relicta a Deo, cui Deus non concedat, quod ab solute necessarium est ad salutem.

Status peccatoris desinit in seipsum comparatur vitæ ab omnibus prætereuntibus oblitæ, & diripere. Osee 9.

Jan. 2.

Primum peccatoris oblitatio est, a Deo non amplius præberi sollicitas gratias, & subsidia.

ignavam, vel turpissimam proditionem, labi queat in manus inimicorum. Sed e contra cum illam deserit Deus, prohibere non potest ipsa, quominus hostis, qui jampridem interitum ejus appetit, ingreditur sine resistuntia occurrere, eamque depopuletur. Recens Auctor.

Peccatoris animæ in hoc statu comparatur domus a forti armato derelictæ. Ezechiel. 66.

Ezechiel quoque statum animæ a Deo derelictæ his nobis exhibet verbis: Erit in direptionem gentibus. Inimici salutis ejus quodcumque illis malum inferent, quod eorum odium, & crudelitas poterit excogitare. Hæc est deserta illa domus, quæ antea fortis armatus tuebatur; sed alius fortior illam invasit, & abstulit quidquid in illa reperiebatur. Si quis reliquum erat mortalium virtutum, justitiæ, & naturalis æquitatis in hac anima, aliquis pietatis sensus, qui posset adhuc locum sperandæ conferte, futurum ut ab erroribus suis respiceret; si exercebat adhuc aliquot bona opera, quæ essent veluti radice apta ad producendum tempestive fructus in æternitatem; si aliqua adhuc in ea deprehendebatur in bonum proclivitas, unde conjicere liceret, non omnino actum esse; si in ea cognoscebatur aliquod Religionis indicium, hæc omnia ablata, dissipata, direptaque sunt ab illis, qui potius vitam arce hæc derelictæ. Vallo, quo circumdata erat, everso, incidit in manus hostium crudelissimorum, qui non relinquunt lapidem super lapidem, postquam inde omnes divitias abstulerunt, at tandem contingit, quod Regius Propheta inquit de Babylone: Exinanite, Exinanite usque ad fundamentum in ea; funditus illam convellite; videlicet, usque ad ipsum virtutum omnium principium: nam fides eadem, hæc fides, quæ permanet in anima sceleribus coinquata, & subsistit post charitatis excidium, omniumque aliarum Christianarum virtutum jacturam, tandem caligat, atque secreto extinguitur atheismo, qui auferit illi timorem judiciorum Dei, & cogitationem veritatum maxime persequarum, & terribilium, quæ possent peccatorem hunc ad officium revocare, atque ita cum divinis rebus non afficiatur, ac in terrenis dumtaxat consistat, superest illi solum Christiani nomen, quod Euhæica, & infidelis vita afficit dedecore. Idem.

Mal. 15.

Aperitulum si- gum, quod anima in derelicta est, cum Deus amicis suis prohibet ac plorat pro illa.

Joan. 14.

1. Reg. 16.

Illud vero maxime omnium quod palam ostendit iram, quæ flagrat Deus adversus animam, quem tandem proper infidelitates, & scelera illius derelinquit, hoc est, quod non solum Deus subtrahit exteriora subsidia, quæ illam tuebantur, quod eadem potius, verum etiam prohibet ne quis illi optuletur. Hoc ipsi videmus in Scripturis, ubi Deus, ut innumeret se omnino dereliquisse populum suum, vetat, ne Prophete pro illo deprecetur: Tu vero noli orare pro populo, quia non exaudiam, dixit Jeremias; quoniam tempus, quo de illo poenias sumere constitui, eamque derelinquere, jam venit. Heu! hic terribilis est favillimæ iracundiæ Dei effectus. Cum vult misereri peccatorum, urget sanctos, ac fideles servos suos, ut precibus suis pro illis laborent, & hoc pacto ostendit sibi mentem esse parcendi illis, & cum illis gratiam faciendi; sed cum illos deserit, ut innuat, se nolle misereri, piis hominibus auferit mentem, & cogitationem pro miseris intercedendi. Ita non vult Samuelis importunis precibus rogari, ut Saulis miseretur: Usquequo luges Saul, cum ego abesset acceptæ, vel quod nobis orandum non sit pro eorumdem peccatorum conversione, quorum salus jam prostrata est: hic zelus est, & charitas, quæ suo non caret pretio, ac merito, quæ nonnumquam etiam, absit invita verbo, de divini triumphat misericordia, omnique Justitiæ judicia delet; sed per hoc innuere vult illos a se derelinqui, quia sepe illis auferit reliquum hoc spei, quod in priorum precibus superest. Auctor Recens.

Et cum permittit Deus ut in locum oratorum zelo prædictorum peccatorum laevitas solam pseudo Prophetæ, qui cutio-

rum minime pervadit ad eorum duritiam flexendam, atque illos ab hoc sopore excitandos; quemadmodum permittit olim, ut Pseudoprophetæ fallerent populum suum, ac in iis, in quibus erat, illusionibus eum detinerent. Ita patitur, ut in hac destitutione peccatores eos tantum inveniant homines, qui nullo habent in discrimine salutem ipsorum, & qui eorum dumtaxat foveant curiositatem, quæ efficiant ut gratia cum verbo Dei in corde eorum influat. Idem.

Postremus gradus, in quo peccator deseritur, ille est cum postquam Dei gratias repulit, eisque restitit, jam omnem earum sensum amittit, quæ res omnem tollit spem, fore ut peccator umquam respiciatur. Neque enim respicere potest nisi per gratias, atque subsidia sibi a Deo præstita; infelicitas vero illius tanta est, ut nulla re amplius afficiatur per obdurationem, quæ sensus carentia vocatur, & quæ uti Sanctus Augustinus testatur, oritur ex multitudine scelerum ejus: de multitudine peccatorum nascitur obduratio. Et sane donec superest adhuc illi sensus aliquis Religionis, & veritatum fidei, nihil adhuc desperatum est; sed ubi ille se ipsum occecat in his omnibus ubi callum inducit illius conscientia, neque ullis perturbatur aculeis, quæ antea facillime flectebantur, qua ratione potest oppugnari? effugit miraculum accedat, & non vulgare divina opus misericordie, jam de illo actum esse dici potest, eumque omnino esse derelictum. Ita in hoc vitæ statu reliquum spatium traducit, sine ullo motu quo agetur in Deum, sine ulla infelicitatis propriæ cogitatione; mordicus herens in pertinacia sua, & quin umquam vitæ rationem immutat. Recens Auctor.

Ut cogamus omnes conatus exerece, nihique inaufum, inenarratumque relinquere ad funestum hunc destitutionis statum evitandum, in quo versatur peccator, postquam diutius Dei gratias repulit; intelligamus tantæ infelicitatis magnitudinem ex duobus hinc terminis, quæ terrorem inferre possunt in animum, in qua aliquis adhuc reliquus est Religionis sensus. Christianus relictus a Deo, qui est nisi illius, & a quo creatus fuerat, ut æternam beatitudinem consequeretur! sed relictus a Deo, quem obduratissimi cordis pertinacia cogit, ut illum repellat, eisque excidio præbeat assensum! Christianus relictus a Deo, qui videns gratias suas contemptas, perquisitiones, curasque suas, beneficia, rationesque omnes, quibus usus est ad illum attrahendum, inutiles factas; existitendo, ac diutius illum sustinendo fatigatus, ipse quoque vicissim illum respuit, atque contemnit! Christianus, verbo dicam, a Deo derelictus, qui omnes amoris sui, & benevolentia curas in illud frigus convertit, quo fit, ut illum nonnisi tamquam ingratum, & infidelem servum respiciat, quem eicit domo, & tamquam vas iræ, ut loquitur Apostolus, quod adhuc ad breve temporis spatium in hoc mundo relinquit, sed quod expertum est divinæ ultionis everentiam; Nobismet fingamus, inquam, Christianum in hoc terribili statu, & intelligemus facile, statum hunc non solum esse omnium funestissimum, verum etiam miserissimum, & desperatissimum; ad quem evitandum, quin imitemur idololatrias populos, qui Deos suos vinculis premebant, ne ab illis desererentur; detineamus Deum nostrum nostra fidelitate, illius cultui jugiter inhærentes; hoc enim si præstiterimus, nunquam auxiliis ejusdem destituemur. Idem.

Hic Dei a Peccatore recessus, qui vulgo incipit a subtractione gratiarum, & ab horum negatione a Deo facta illi, non oritur, nisi ex ea mensura, qua miser ille has respuit, atque contemnit; inde enim Deus quoque illas respuit, & subducere incipit; quia gratiæ illius & numero, & magnitudine decreverunt, quotiescumque respuitur, & negliguntur: ita ut interiores hi motus sint tamquam jacula obtusa, quæ alius, & nonnisi per temporis intervalla, pervadunt, & in hoc destituto hæc fita est. Illud autem nobis terrorem debet incutere, quod non semper erga peccatores omnes ratione eadem utitur Deus. Sunt, a quibus post levem certamen recedit; sunt, quos diutius, & annos plures infestat; & quos illico sollicitare cessat; sunt, quos nonnisi post plures repulsas, ac rebelliones, & quos post pauciores deserit; cum enim penes illum arbitrium sit,

statu illius potius satisfaciunt, quam doceant veritatem.

Cum illis infelicitatis in peccatore est, cum quis deo restitit gratia deo, Deus tandem illum sibi misericors derelinquit, quæ tenetur. Agg. in quodam sermone de Tempore.

Ad malum adeo terribile evadendum status hic respiciendus est, tamquam malum omnium maximum.

Trepidandum nobis est, quod cum Deus sit furor gratiarum Dominus, illas nobis, ubi voluerit, potest subtrahere.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.

fit, ac imperium beneficiorum suorum, de illis ad libitum disponit, quin alicui rationem reddere teneatur. Illud unum constat, nullam esse noxam gravem, quæ poenam hanc non mereatur, & quæ non fati superque fit, ut tantum malum in caput nostrum convertat. *Reverens Auctor.*

Licet Deus non semper eadem utatur se veritate erga omnes, inde aliquid in deo terriorum partem arguendum est.

Si Deus non eadem semper utitur erga peccatores omnes severitate; quis spondere potest, illum rationem nostri habiturum esse, qui nullam habuit tot aliorum, qui fortasse non adeo nocentes extitere, & qui non adeo, uti nos, illius patientiam delasarunt? Quot enim gratias contempnimus? quor singulis diebus contempnimus? Quot dissipavimus, ex quo nos Deus vocat, & urget, ut illi cedamus? Heu! quam metuendum est, ne quod JESUS in Evangelio Judæis minitatur, nobis etiam intentatum sit: *Quæretis me, & non invenietis*, quia recedam a vobis, & vos non secus ac miserum populum illum derelinquam. Hoc nobis magnopere formidandum est, cum tot licet secretis inspirationibus afflaverit, tot nobis contulerit gratias, quibus quotidie nos illuminat, vivimus in voluntaria nostræ salutis oblivione; cum quin adhibeamus aures Deo vocanti, ab illo in dies magis, magisque recentibus noxiis recedimus; cum, quin omnes indultis, & statimque nervos intendamus ex eo emerisuri statu, in quo sumus, nostræque conscientie consuluri, semper validiores habitus contrahimus, quibus in peccatis retinemur, & prohibemur ne inde egrediamur: Ita fontem misericordiarum exhaurimus, & paulatim omnem Cœlestium gratiarum sensum abjicimus. *Idem.*

Permittit Deus, ut peccator derelictus prospera fruatur fortuna, & sanctis illius profectus non perit, ut amplius zelus, & calamitibus.

Propheta funestum hunc Dei recessum, quo peccator sibi metipsum tradidit, exprimit dicens, Deum præcipere Cælo, ac nubibus, ne suos imbres effundant in vineam hanc a se desertam, quæ signata est anime derelictæ; quod gignit extremum hoc, atque terribile malum, quod olim Dei Filius Judæis minitatus est, qui licet possent adhuc converti, non ideo tamen conversi sunt; dicens ad illis recessisset. *Quæretis me, & non invenietis.* Malum hoc extremum est, & sine ulla reditus spe; non quod omnis absolute ablata sit spes, si hac uti vellent, sed quia nolent uspiam. Ad id enim opus esset, ut requiem illorum turbaret Deus, ipsis immitteret adversa, & grava mala, quæ excæcatis illis oculos aperiant, atque omnia illorum gaudia per acerrimos conscientie stimulos perfunderet amaritudine. Sed illos Deus in hac vita pace frui sinit, in alteram eos reservans futuros, ut Sanctus Augustinus ait, funestissima Justitiæ suæ, atque severitatis exempla. *Cum serventur in ultimam, opportunamque vindictam.*

Si infidelitas nostra prima est gradus ad nos deserat Deus: non ista gratia illius restituta cum malum adit nostræ infelicitati.

Si infidelitas nostra, qua Deum colimus, est veluti primus gradus ad terribilem destitutionem, in qua Deus tandem terribilis nos judicio repellit; resistit, quam nos facimus gratiis, per quas ad se nos accessit, contemptus perquisitionum illius, quibus nos urget, ut ad eum revertamur, causa est, propter quam tot inanes conatus fastidit, ac nos deserit; illius instar, qui iteratas a se preces ab eo, qui oratur, repellit cognoscens, cum spe obtinendi abjicit etiam mentem, ac desiderium petendi. Vel ut apertius dicam; fingite vobis exercitus Imperatorum obfidem arcem natura, & arte ita munitam, ut cum suorum cæde, quacumque ex parte illam adorsus fuerit, semper, strenue ab obsessis fuerit repulsus. Hic cum tandem se oleum, operamque perdere intelligit; ab obsidione recedit, ac mentem possidendæ illius profus abjicit. Hoc quodammodo facit Deus erga cor rebelle, & pertinax in rebellionem

sua: sexcentos, ut ita dicam, exierit conatus: ac indefinenter in illud impetum facit; sed arx illa semper validis gratiarum ejus impulsibus adversatur, ita ut jampridem Deus miserum eorum illud urgere non desisterit, & nihil unquam repetitis incurfibus profecerit. Tandem illum tædet irriti conatus sui, & pertinacem hunc peccatorem ipsius tradit pertinacitæ. *Idem.*

Dicamne Auditores? Illis, quos deserit Deus, sæpe etiam illos aufert, qui illorum scelera possent inhibere, vel saltem eos intra officii terminos continere, *auseram sepe ejus*, quemadmodum abstulit olim Pharaoni Moysen, & Herodi Regi S. Joannem Baptistam. Ita peccatorem derelictum prius amico, cuius salutaria monita possent cursum iniquitatum illius coercere, & pravi ingenii furores comprimere. Ita prodigo filio, & in omnes libidines ruenti aufert patrem sapientem, ac virtute præditum, quod unicum erat vallum, quo torrens ille coerceretur, ne se extra fines suos effunderet in omne vitorum genus. Mater diu intra verecundie cancellos continuit puellam hanc, ac vigilantia sua omnes ejusdem lapsus prohibuit; sed cum matrem Deus a mundo aufert, puellam illam ipse tradit libidini; quippe aufert illam, a qua in officio poterat contineri; ita ut quemadmodum Confessorum monita, piorum exempla, amicorum consilia, & consanguineorum auctoritas magna subsidia sunt, ut aliquis a scelere deterreatur, eaque numerantur inter gratias, quas Deus suis Electis imperit, & mediis quibus utitur ad eorum prædestinationem; sic e contra cum eadem aufert peccatori, hic eae multatur poena, quam Deus eidem minitatus est, cum ait, se illi quæcumque subdustrum auxilia. *Auseram sepe ejus. Auctor Reverens.*

Sæpe obliato peccatori Deus gratias habet, quædam illi procat, ut optima cogitationum, amicum, tuncque consilia.

Ut extremam addat manum tabulæ peccatoris a Deo derelicti; addit Propheta, Deo fati non esse sepe, quæ vinea circumferta erat, prosterneret, ut pateat cullibet eam diripere cupienti, aufere, & permittere, ut illic vepres, & spinæ dominantur, quæ terram suffocent, ejusque succum atque substantiam exhauriant; sed præterea prohibere, ne cœlum suos imbres in illam effundat; *Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem; & videlicet Deum interiores inhibere gratias, quæ sunt proxima salutis nostræ causæ, non quod illas absolute omnes denegat nobis; sed quia rariores, atque imbecilliores sunt, quo magis & peccator a Deo, & a peccatore Deus recedit. Ita ille agere consuevit cum peccatore derelicto, cuius imago est hæc vinea deserta eo usque, ut ad eum redigatur statum ubi nullas habeat gratias, quæ immediate mentem ejus illutrent, sed remotas tantummodo gratias, quæ illum ad preces, elemosynas, vel aliquem charitatis adum impellant quidem, sed leviter. Antequam huc deveniatur, Deus, ut ita dicam, persequitur animam, sæpe audit vocem illius ab errore illum revocantis; frequentibus illustratur luminibus, quæ ipsi malum in quod lapsura est, ostendunt; conscientia illius domesticus censor, & Judex in singula fere momenta exprobat ipsi omnem vitæ nequitiam; cogitationes morris, & Judiciorum Dei illam sæpe sollicitat; adversa, aliaque non levia detrimenta illam respicere cogunt, & ad se reverti. Hæc vocantur lumina, Cœlestique gratiæ, quæ nos efficiunt de salute nostrâ sollicitos. Hæc quidem prælia sunt vehementia; lumina hæc vividissima sunt, ac altius animum pervadentia, sed postquam peccator diutius contra validos hos impetus gratiæ obfusis, & oblectatus est, Deus tandem illum derelinquit; *Auserantur judicia tua a facie ejus. Isaia 5. Idem.**

Neque quoque illi gratias quibus, immixta illustratur, & cor illius movebatur. *Isaia 5.*

# CHRISTIANISMUS.

Religio Christiana, illius Præstantia, Institutio, Credibilitatis Argumenta, Persecutiones, Martyria, Miracula.

## MONITUM.

**S**icubi unquam opus est, aliquid ab aliis argumentum separari, hoc profecto jure distinguendum est ab aliis pluribus, quæ cum eo palam rationem habere videntur. De Christianismi Institutione, de Christiana Religione, de Ecclesia, de Fide, deque JESU CHRISTI lege sermonem habere, idem est ac verba sacre de eadem diversis expressa vocabulis: atamen Christiana Religio, Fides, Ecclesia, & lex Evangelica argumenta sunt simul non permiscenda, nisi nimis amplius optes argumentum, prolixoque volumini, quam iusta orationi accommodatus. Itaque de Christianismo, vel Christiana Religione loquentes intra cancellos continebimur, ut ejusdem institutionem, progressum, fideique rationes investigemus, illius veritatem, atque necessitatem, qua omnes tandem amplecti sententur, probentur. Ceterum de vocatione ad Religionem Christianam, deque nomine, & officii hominis Christiani, subsistat jam verba fecimus, cum de Baptismi obligationibus loqueremur.

In hoc autem de Christianismo, vel de Religione Christiana argumento his scribis circumscripto hoc sibi proposuimus habere debet Concionator, ut Auditores suos in hujus Religionis veritate confirmet, Divinam erga ipsos bonitatem ostendens, cum divinitus ascendit, ut nunc temporis orientur, cum Religionis splendor elucet; atque ut præstantia, ac sanctitatis Religionis ejusdem satis æquam tribuat ideam, atque ita illos hortetur, ut tanto hoc beneficio vitæ suæ sanctitate respondeant.

In Concione igitur de hac re illud potissimum cavendum est, ne ad alia evagetur argumenta, puta, ne de fidei natura, & conditionibus sermonem instituat: ne de veritate Ecclesiæ notis, vel Christianismi muneribus verba faciat, quæ quidem alia sunt argumenta cum præsentis hoc non permiscenda; quod satis superque copiose tribuit ad Concionem cum fructu, atque soliditate elaborandam.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum in hoc argumento Systemata.

**D**E Religionis præstantia elegans institui concio potest, ostendendo per unam hanc hominem perfici, atrolli, tutoque ad suum finem perducit, hoc est ad æternam beatitudinem. Ad id meminisse sufficit, hominem a ceteris animantibus duplici facultate distingui, intellectu nempe, atque voluntate, quarum utramque Religio Christiana regit, ac perficit. Intellectum quidem tuto regit iis veritatibus, quæ edocet, voluntatem vero perficit ea, quam præscribit, morum disciplina. Hæc erit sermonis partitio.

1. Quod autem Christiana Religio intellectum regat, atrollat, eique nobilitatem quandam adferat, adhiberi potest comparatione cum quadruplici sectarum genere Christianismo oppositum, Ethnicorum videlicet, Judæorum, Atheorum, atque Hæreticorum. Ethnici quidem illum evertunt monstrofa numinum multiplicitate; Judæi figuris suis illi obfuscatem offundunt; Hæretici eum prohibidie viciant, atque perturbant, ea tantum credentes, quæ sibi arident; Athei denique illum penitus extinguunt, & nullam omnino habent Religionem. Sed nemo unquam neque securitatem, neque spiritus tranquillitatem nisi in Christiana Religione reperit. 1. Quod ad Ethnicos spectat, qui cogitationum suarum signamenta secuti tantummodo sunt, quarum est linguarum confusio in hac Babylonica turri? Nullam inveneris nationem, quæ Deos suos non habeat, & Roma, quæ illos omnes excepit, verè dumtaxat Religionem aditum interclusit. Quinam error, quæ cæcitas in iis etiam, qui inter ipsos majori sapientiæ laude floruerunt? Primus ille, atque antiquissimus omnium, qui Philosophiam sine profecti, visionarius est; ille, quem divinum appellatur, nonnumquam homine minor est, & qui majori poluisse ingenio visus est, postquam Deum unum esse proposuit argumentis probavit; cullibet licere arbitrari est, iis, quibus mallet, thura adolere. 2. Judæi quidem veram habuerunt Religionem; sed in umbra tantum, atque imaginibus; nunc vero eum imagini successerit veritas, seipos in magno Evangelicæ lucis fulgore excæcavit; illum, qui jam venit, præsolantur, & eum, qui ipsos illuminavit, contemnunt. 3. Athei Christianæ Religionis magis, quam ceteris bellum indicunt; sed quæ pertinacia est, sese victos non dedere iis argumentis, quæ ceteros homines vincunt, ac subigunt? Una tantum Christiana Religio intellectum illuminat, in

de errorem expellit, efficitque, ut ibi inveniamus quod in aliis Religionibus frustra perquirimus. 4. Hæretici Mysteriorum nostrorum partem quidem credunt, sed in qua incertitudine versantur? quænam in opinionibus eorum est inconstantia? in singulos annos mutantur, & vix duos repetitis, qui sibi conveniant: eo quod ratio, ubi de Religione agitur, est nimis infirma. Ea una verè religio est, quam Prophetæ pluribus ante sæculi prædixerunt, quam in omni terrarum orba Apostoli prædicarunt, quam martyres suo cruore signarunt, & quæ hucusque inconcussa viguit, neque quam perfectionibus, schismatibus, hæresibusque avertata. Ubi paulisper singulis hiæce argumentis immoratus fueris, inferendum est, ipsam per ea si vel lumina, quam atrollit in Mundum, intellectum nostrum illuminare.

2. Regit voluntatem nostram sanctissima morum disciplina; quod ut intelligamus, eundem sequi ordinem possumus, quem in puncto priori servavimus, eam conferentes 1. cum Ethnicorum disciplina; neque solum cum vita, quam illi duxerunt; consecrarunt enim vitia vitiosos Deos venerati: verum etiam cum ipsorum præceptis, quoniam hoc unum sibi proposuerunt, ut politici rationibus Republicæ consulerent, non ut veris virtutibus hominem erudirent; ideoque in speciem tantummodo, atque per ostentationem virtutum colere. 2. Judæi rudes erant, atque carnales ac plurima illis permittenda fuere, quorum perfectio Christianæ tantummodo discipline fuit reservata. 3. Athei nihil non inipium habent, & ideo mentem hanc imbuunt, ut impune voluptatibus suis indulgerent. 4. Hæreticis non aliud consilium est, nisi ut iis sint officiis immunes, quæ vera ipsi imponit religio. Verum quænam est Christianæ discipline sanctitas? aliquidne sublimius, perfectius, innocens inveniri potest ipsius præceptis, atque consiliis? Quænam esset mundi felicitas, si juxta illius dogmata regeretur? Principes summa benevolentia subditos suos complecterentur; subditi reges amore prosequerentur. Quænam esset in conjugis fidelitas? quænam in opibus æquitas? quænam in omnibus mulieribus modestia, & honestas? quænam in iustitia pietas, atque conscientia? quænam felicior Republica? quænam leges sanctiores, æquioresque? &c. Sed nos miseros? opusne fuit, ut Christiani sese Ethnicis, Atheis, Judæis, Hæreticisque sociarent ad Christianam morum disciplinam infringendam, evertendamque? Quandoquidem ut